

D. A N T O N I I  
**GOMEZII**  
OPERA OMNIA.

D. ANTONII  
**GOMEZII,**  
IN ACADEMIA SALMANTICENSI  
Juris Civilis Primarii Professoris,  
**VARIAE RESOLUTIONES**  
JURIS CIVILIS, COMMUNIS & REGII,  
TOMIS TRIBUS DISTINCTÆ.

Quorum [ I. Ultimarum Voluntatum  
II. Contractuum  
III. Delictorum ] materias continet.

*Quibus accesserunt eruditissime Annotationes*

**E M A N U E L I S S O A R E Z**  
A R I B E I R A J. U. D.

EDITIO NOVISSIMA, CUI PRÆTER ADDITIONES ET NOTAS

*Editionis Salmantice anni 1579. nusquam alibi impressas, adjungitur novus ad calcem totius Operis Index seu Repertorium, opera & singulari studio Nobilis JOANNIS BAPTISTA ANTONII, Juris utriusque Doctoris & in Curia Parlamenti, Aulisque Lugdunensibus Patroni.*



**V E N E T I S.**  
Ex TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.  
MDCCXLVII.

---

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

EMANUELI  
SOAREZ DIAS,  
VIRO ORNATISSIMO,

& Charissimo Consobrino.

EMANUEL SOAREZ A RIBEIRA, P. S.



EXCLARISSIMUM prosector, ac sanctissimum Papini Junis consiliorum coryphaeum elogium illud est, ornatissime & charissime Consobrino Emanuel, quo ille hominis interesse censet hominem beneficio affici. Cum enim naturalis quedam & inviolabilis inter omnes homines societas sit, quippe qui ex eisdem in eadem gignantur, atque universi filii Orbis, qui utsus omnia, tunc divina, tunc humana complecti, & concludere videtur, membra similia, membra rationis compos dubitare potest, quia & verius ille in pectore, atque ore geri perpetuo debeat; Homo sum, humani nihil a me alienum puto, & quaeunque se occasio tulerit, hominibus inter se usui homines esse oporteat, non exiguum inde ad seipso utilitatem redundant arbitantes, quinimo cum verus vita nostra scopus ac finis in eo totus positus sit, ut Deum Optimum Maximum, quicad fieri potest, noscamus, sequamur, imitemur, nihilque & que incomparabilibus illius factis elucescat, quam perennis quidam, ac largissimus bonitatis, benignitatis, achenficentiae sons, quem nemo non identidem, quantumvis miser, quantumvis negligens, ac duro fato, & veluti in poemam genitus, hancit) nihil sane homini potius, antiquiusque esse debet, quam ut semper omnes suas cogitationes eo dirigat, omnes suas vires, ac nervos eo obnoxie contendat, ut sibi non solum natus, reliquis hominibus pro virili sua parte, commido, atque emolumento sit: Quae perfecto res a primis annis meo insculpta animo, (quamvis multa alio abducarent, ac propellerent) litterarum studiis me rotum tradidit, addixit, ac veluti mancipavit. Nec enim aliunde quempiam vel maiorem utilitatem sibi ipsi decerpere, vel magis latiusque alii prodesse posse ob multas evidentes rationes mature, ni fallor, expatiavi quas si nunc recensendis ingenuatum Artium laudibus prosequi velim, nunquam hinc ad te Epistola finem imponam. At enim, cum iam appetere tempus videretur, ut impensus non perfunctorie labo fructus aliquos in commune ederet, ceperim nonnullas incubationes in vulgo dare, alias ad idem quam maxima diligentia preparare. Sed ecum interim dum proflus nostra curiosus, proflus, ac limatus adorno, venit in mentem non leue superz pretium iri, si tuissimos doctissimi Jurisconsulti Antonii Gomezii Tractatus meis Annotationibus locupletatos typis exarandos committerem. Siquidem cum hominis Jurisperdencia in eo solum tota spendet, ac referatur, ut postremne solemnes mortaliu[m] voluntates tam ac fidem effectum sortiantur, lites iusle terminentur, facinora statim ac rationi consentaneis penitus compescantur, sic ille prosector omnes has tres Juris partes diligenter, docte atque enucleate pertractavit, ut nullam omnino questionem, quae praxi atque usui forensi inservire queat, pratermississe videatur; ceteras vero intricatas Juris commentarii questiones, quae non ad vitas leges, sed ad meram ac vanam scientiae ostentationem pertinent, consulto intactas reliquit: quia tamen, ut Justinianus alius inquit: Omnia meminisse, & in nullo errare, magis divinum, quam humanum est; fieri non potuit; quin interdum augendus, interdum accommodate illustrandus, interdum denique, & id quidem rarissime, in ordinem redigendus videatur, quas ipse partes, ut opus omnibus ferme numeris perfectum utilitatem longe maiorem hujuscem Artis Consultoribus apportaret, pro viribus lubentissime explere, atque absolvere meis Additionibus sum couatus. Petro cum ex more a majoribus recepto labor hic meus alicui jam nuncupandus esset, nihil penitus dubitavi, quin tibi ille in primis, ornatissime & charissime Consobrino Emanuel, duci jure merito atque consecrati deberet. Jamdudum etenim & summopere desi-  
dero,



D. ANTONII  
**GOMEZII,**

J. C. ERUDITISSIMI  
COMMENTARIORUM,  
VARIARUMQUE RESOLUTIONUM

Juris Civilis, Communis, & Regii.

**TOMUS PRIMUS,**  
DE TESTAMENTIS.

**P R O O E M I U M .**



Oigitani mihi, quod praeclarus dicebat ille Medicorum facile Princeps Hippocrates, hominis brevem esse vitam, artem longam, experientiam periculosa: id in nostra Jurisprudencia vocillans quoque usurpari posse videtur. Tanta est enim Litterarum, qui in ea scripti sunt moles & valitatis, ut vix triplex hominum artas eos percurrente (ne dicam legendo atque cogitando) possit sufficere. Scientia vero adeo longa est, tot novis passim emergentibus negotiis dubius, contrariisque hominum opinionibus in toto Juris Civilis corpore dispersis, ut cum ad meram pervenire putes, te in medio cursu defecisti, longumque iter tibi adhuc conficiendum sentias. Experientia deinde cum & dubia sit, & pro confundendine locorum diversa, atque sepenumerio ab ipso Civilis Prudentiae fonte exordians, tot praesertim antiquis abrogatis, tot novis Regum & Principum Constitutionibus, tot Civitatum enalcentibus consuetudinibus, nihil sese certum, quod sequaris, invenias; & cum unum quid diceris, aliud quoque addiscendum esse animadverras. Atque (ut verum dicam) ea cogitatio me majora scribere aggredium sepenumerio revocavit, nedium lucem dare rebus cogito, etiam tenebras novis meditationibus afforam: atque, ut est in proverbio, *lumen non adducere*. Opus itaque excoxitavi, quo breviter, clare, diuincideque omnia que hodie in Judicis & Practica veriantur, ex utroque iure, & Doctorum disputationibus, contrariisque sententiis tradarem. Cum enim in exercis omnibus rebus omnis perspicuitatis principium sit ordo, eum secuti sumus, in quo maxime gloriam possumus. Nam totum Jus Civile cum iurispartium sit, nostros quoque Commentarios in voluntates spektare, fecimus. Secundum de contradictionibus atque aliis conventionibus, que quorundam inter homines traditae solent. Tertium denique de delictis, corumque diversis penis, subiectisque volumus. Quem ordinem etiam audiorem fecimus per singula capita: atque ita prosecuti sumus in omnibus divisionum membris, ut admirabili quadam facilitate totius Juris Civilis idealam quandam, & in omnibus sece offerentibus negotiis velut quoddam penum semper ob oculos habeas. Primum igitur de hereditatibus, que ab intestato deferuntur, sermonem insticiamus: cum enim circa hujusmodi successiones propter rapta, irrita, vel non confessata testamenta magnas odiosaque lites passim exoriri videamus, ordinis suscepit rationem ita me servare posse putavi, si ab eis exodium dicendi facarem. Et enim tamquam in exercis liberis prosequi decrevi, que hodie in Judicis agitari, & dubitari solent.